UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et Mi-||racvlis Clari, Opera

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Pio Lectori F. Lavrentivs Surius Carthusianus, S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

Visual Library

PIO LECTORI F. LAVRENTIVS Surius Carthuſianus, S.

D. Henricus Suſo vir magnæ ſanctitatis, & multis clarus miraculis, vitam egit penè à puero paucis imitabilem. Habuit autem fi- liam quandam ſpiritalem, nobilem genere, ſed pietate nobiliorem, quæ ex illo clam multa erat expiſcata de illius vita, eaque in ſcripta redegit. At vbi id ille reſci- uit, iuſsit ſibi reddi, eaque partim igni conſumpſit, quæ autem reliqua fuêre, ſub alieno nomine edidit, ſui ip- ſius nullam omnino mentionem faciens, ſed Miniſtrum Sapientiæ vbiq; ſe appellans, vt vanam gloriam de- clinaret. Itaq; in hac eius vita permulta inſunt, quibus nihil poſsit eſſe efficacius ad inflammandos hominum quamuis frigidos animos ad amandum Deum. Ani- males quidam & huic mundo dediti, ſolent faſtidire eiuſmodi, ſed hoc mouere non debet eos, qui cupiunt, non hominibus, ſed Deo placere. Dominus Deus voluit nobis ſanctorum ſuorum exempla ſuppetere, vt qui di- ctis parum mouemur, ſaltem factis aliorum accenda- mur. Plus enim mouent facta quam dicta. Obſecro te pie Lector, ſedulus in hac lectitanda vita verſe- ris: non enim id abſq; grandi tua ſa- lutis lucro feceris.

Vale.

D. HEN-